



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

47. An auus teneatur dotare neptem? Et quid in casu, quo neptis Patrem
inopem habeat, si tamen mater diues est? Et an Patruus nequaquam
ogligetur sobrinas dotare? Et an frater teneatur dotare ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

18. Ratio est, quia collatio illa alimentorum inutilida est quoad excessum ex dispositione Authen, ex complexu, ergo statim tamquam nulla revocari potest, iuxta l. non dubium C. de legibus. Accedit, quia etiam quantumcumque pater velit, ac consentiant filii legitimi, non potest validè ex bonis paternis filiis spuriis habere amplius, quam coniuga alimenta, ut docet Angelus cons. 223. num. 2. Alexander, consil. 229. num. 15. l. 6. Ergo nec etiam bona fides mariti facere poterit, ut dos excedens alimenta, valida sit quoad excessum.

RESOL. XLVII.

An avus teneatur dotare neptem?

Et quid in casu, quo nepos patrem inopem habeat, si tamen mater diues est?

Et an patruus nequaquam obligetur sobrinas dotare?

Et an frater teneatur dotare sororem?

Et quid, si tanum soror veterina sit?

Et quid, si sit consanguinea, v. g. ex eodem patre, sed ex alia matre fratri coniuncta?

Et aliqua circa has sorores, & etiam sorores Clericorum pro dote, & alimentis illarum discutuntur in textu huius Resolutionis? Ex part. 11. tract. 4. & Mise. 4. R. l. 26.

§. 1. **V**ldetur dicendum, quod non solum patet filiam, sed avus quoque paternus nepotim dotare tenetur. Imperator enim Justinianus in l. fin. §. viramque C. de dot. promis. ait paternum esse officium progeniem suam dotare l. fin. §. viramque C. de dot. promis. progeniei autem verbo non filii modis, sed & nepotes, & pronepotes significari dicitur in l. final. C. de emancip. liber.

2. Accedit, quod Marcius in libro 19. ff. de rit. nupt. generaliter & indistinctè scribit, qui liberos in potestate habent, eos cogi in matrimonium collicare, & dotare: liberum autem verbo omnes descendentes contineri, indubitatum est l. sed si hoc §. finiff. de in vocand. l. liber. ff. de verbis signis.

3. Et in libr. 6. de collat. bon. dicitur ad officium cui spectare, nepotim dotare, & subiungitur, quia pater filia idem anim propter filium nepoti dotem date debet, cogitur itaque avus paternus nepotim dotare.

4. Et sane quæ ratio suadet à patre dotati filiam, eadem quoque in aucto locum fortuit: cum aui non minus atque patris inter sit nuptui elocati nepotim, ne cùm maximo generis & familiæ probro turpem vitam eligere cogatur.

5. Limitat tamen hanc assertionem Obrechtus, vt tunc denum avus paternus cogatur dotare nepotim, quando pater propter inopiam, qua laborat, dotem filie præstare nequit, vt tunc inopie patris avus succurrere teneatur; Idque ipsum Ioannes Corrasius in d. leg. 19. num. 60. hac ratione confirmat, quod ex officio patris erga filium id pendeat ut avus nepotum dotet, l. 6. ff. de collat. bonor. Vnde cùm avus non obstringat nisi propter filium, avus non nisi secundariò teneatur; obligatio autem secundaria cessat, vbi principalis est soluendo, Authent. present. C. de fidei usq. ergo.

6. Sed in casu contingenti, ne deferas videte Castrum Palauum tom. 7. dis. 9. punct. 5. §. 2. num. 2. vbi firmat obligationem adesse suo paterno dotandi ex eius bonis neptes etiam diauites, si in sua existant potestate.

7. Sed casu quo nepotus patrem inopem habeat, vbi tamen mater diues sit, verius est potius matrem;

quād anim paternum teneri nepitem dotare.

8. Patrus nequaquam obligatur sobrinas dotare; quia nullibi hæc obligatio etiam in subsidium indicatur. Quod efficacius procedit, si verum est quod ipse Molina lib. 2. de primog. cap. 15. num. 67. Costa select. lib. 2. cap. 20. n. 2. Rebell. 2. part. lib. 5. qu. 4. n. 26. astrarunt, nempe patrum non esse specialiter obligatum sobrinas alimenta præstare. Nam hæc magis necessaria sunt, quād dotis constitutio.

9. Veridū hic oritur aliud dubium, An frater teneatur dotare sororem? De sorore veterina ex alio patre nata res expedita est, quod frater eam dotare non tenetur, eis inopis sit, & aliter nobis non possit: sic enim Paulus Iuris consultus in l. 12. ff. de administrat. tut. sed non dabit (tutor) dotem sorori (pupilli) alio patre nata, etiamsi altera ea nobis non potuit.

10. De consanguinea, hoc est ex eodem patre, sed alia matre fratri coniuncta, sicut etiam de germana ex utroque parente ipsi coniuncta, queritur anime dotari à fratre debeat, si inopis sint. Communiter hoc assentatur ex ea ratione, quod frater teneatur alere sororem consanguineam, & germanam l. si quis à liberis §. virum ff. de cognosc. lib. 1. iurit etiam teneatur dotare.

11. Et si vero hoc argumentum planè infirmum sit, nec etiam Textus expressus occurrat, quo demonstretur consanguineam, & germanam à fratre esse alendam, quia tamen in l. 12. §. 3. ff. de admin. tutor. nominatim, atque in specie dicitur, tutorum non teneri dotem constitutere sorori pupilli sui ex alio patre nata, haud obsecutè ex eo colligitur quod ex eodem patre nata sorori dotem constitutere teneatur, argum. l. 1. ff. de off. eius cui mandat, vbi dicitur argumentum, quod à contrario sensu ducitur esse validissimum, & argum. l. 12. in præf. ff. de indic.

12. Vide Doctores, quos citat, & sequitur Castus Palauus vbi supra §. 3. num. 1. & 3. firmans, quod frater teneatur sororem ex eodem patre, quamvis non sit ex eadem matre, dotare, si ipsa sufficientem dotem aliunde non habeat. Sed sororem veterinam teneatur frater dotare secundum tamen qualitatem alimentorum.

13. In eventu veridū, quod frater obligatur dotem sorori constitutere, non excusat ex eo, quod minor sit, & necessitatem habeat alienandi aliqua immobilia ad dotem; nam hæc est causa virgines à iure communis approbat, ac proinde interueniente decreto iudicis fieri alienatio potest, quin locus sit restitutioni, l. final. C. de in integr. risfit.

14. Neque etiam excusat quod à patre sotor ex hæredatu sit; neque item excusat ex eo, quod Clericus sit nullaque alia bona habeat, nisi quæ ex beneficiis colligit: Nam ex horum fructibus ales, & dotare sorores inopis rectè potest, cum opus sit pietatis, & naturalis obligationis; & iuri maximè conforme.

15. Excusat tamen frater ab hac obligations alendi & dotandi sororem inopem, si adsit eius mater, vel avus paternus, aut maternus, qui dotem, & alimenta constitutere valeat.

16. Et ratio est, quia omnes ascendentis præfuntur fratri in successione, Auth. defuncto C. ad Terull. ergo præferti debent in obligatione. Præterea deficient patre, obligatio alendi & dotandi filias matri diutu competit, si quis à liberis §. virum ff. de liber. agnoscend. neque fratri competit nisi in subsidium.

17. Et hæc omnia docet etiam Rebellius part. 2. l. 5. quæst. 4. n. 13. cum sequens, & rectè obseruat quod si frater administrat bona sororis ex quibus dos conficit

Tractatus Sextus

358

constitui posset, non cogerat eam daturam, unde si ei daturam constituit, censebitur daturam ex bonis sororis; si modo separata finit; nam si induisa, & communia sine, censebitur in foro externo habuisse animatum donandum quod partem datur, quae cum tangere, iuxta l. vnicam, § accedit C. de rei uxori actione. Vide Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 88. n. 47. & Barbos. 4. p. 1. ff. solut. maritim. num. 141. in foro tamen conscientie standum erit intentioni daturans. Si enim de bonis sororis tantum daturam intendebat, nihil de suis bonis praestare tenebitur.

RESOL. XLVIII.

An filius teneatur daturam matrem imberem volentem?
Et deducitur, quod mater obligata non est per se filias daturam, aut donationes propter nuptias filii consti-
tueret, nisi virgines aliquae, & rationabilis causa in-
tercederet?

Et notarius probabilius esse in neutrō foro licitum esse
viro, inuita vxore, daturam filiam prioris matrimonij ex bonis non solum immobilibus, sed etiam mobili-
bus, aut pecuniis per secundam vxorem adductis?
Et cum pater prae omnibus coniugib[us] obligatus sit filii alere, & daturam, an illius h[ab]et eadem obligatione
teneatur? Ex parte 11. tit. 4. & Misc. 4. Ref. 2.7.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Franciscus Horomanus in disp. de dote cap. 3. num. 23. & Georgius Obrechtus disp. de dote thesi 109. cum s. q. Probatur haec opinio primo, nam si frater sorori egenti daturam dare cogitatur; sane, & filius cogi poterit ad matrem daturandam. Atqui verum est prius, igitur, & posterius.

2. Pietas, ad quam filius iure diuino, & huma-
no matri obstringitur, postulat ut filius matris adhuc inueniens pudori, & existimationi consulat, maximē
cum ipsis quoque filii interstiti ut mater, quā se con-
tinere non potest, elocetur, ne cum maximo generis,
& familiæ probro turpem vitam eligere cogatur.

3. Itaque hoc pertinet Imperatoris Antonini rescriptum in l. C. de alien. liber. Parentum necessariis liberos succurrere iustum est. Dotem autem necessariam esse mari ob incontinentiam ad secun-
da vota transiunt expeditum est. Igitur inopī ma-
tri succurrere teneat filius in hac necessitate, dotem
ipsi constitudo.

4. Si filius tenetur inopem matrem alere; eique
ad vietum necessaria præstare; sequitur, quod te-
neatur etiam inopem matrem daturam, quia dos est
species alimentorum. Atqui verū est prius l. 13. § 2. ff. de
administrat. ut. Verum igitur est quoque posterius.

5. His tamen minime obstantibus, negativa
sententia adhæro; probatur haec opinio. Primo,
nam si filius non tenetur matri nuptialis munera
mittere; sequitur quod nec daturam matrem teneatur.
Iam autem verum est prius. l. 13. §. final. ff. de admin-
istrat. l. 1. §. præterea ff. de tutor. & ration. distractib[us]. Se-
quuntur itaque posterius.

6. Ad haec iniquum foret ad illationem suæ in-
juriae aliquem cogi quippiam conferre, l. qui ac-
cuse C. de eden. l. nimis graue C. de testib[us]. Atqui mater
secundò nubens, filius infert in iuriam, nou. 2. c. 1. &
c. 1. de secund. nupt. igitur non tenetur filius matri ad
secundas nuptias conferre.

7. Quin etiam si datur filius matrem secundò
rubentem, grauitate offendetur patrem, ut cuius ani-
ma secundum vidua suæ nuptias contristatur n. 22.

8. Denique in l. si vince C. de prescript. long. temp.
mater ad secunda vota transiens, & vitrico in dotem

dans res filij, nihil filio præjudicat; prædictam
autem filio, si hic ad matrem daturam foret obli-
itus, Corafius ad l. 19. num. 5. 3. de rit. nupt.

9. Nec huic opinioni præcedens sententia ag-
umenta quicquam detrahunt; ad primum enim,
quod frater foro inopem daturam teneat; igni-
tur multè magis matrem. Respondeo conque-
tiā negando, quia diversissima est quod præfata
negotiora ratio matris, & sororis: coniugium enim,
quod init fotor non pertinet, vel ad fratis, vel ad
patris in iuriam, sicut secundum matris coniugium.

10. Ad secundum responderetur, filium testi in
necessitatibus succurrere matri, ita postulante pia-
te, ad quam obstrictus est filius matri: utrum non
cogi mati, sua, & parentis cum iniuria faciunt,
inquit eo matrem iuare quod ad ipsius filij, & pa-
tris in iuriam spectet.

Ad tertium, eadem plane est responsio,

11. Ad quartum, & ultimum responderetur, a
gumentum ab alimento ad daturam plane insidium
esse, & ut alia concluderet, his rancis nullus vim
haberet; quia diversissima est alimentorum, & daturam
ratio; aliter inopem mater sine filij, & defensam
iugis iniuria: daturat vero cum iniuria filij, & de-
functi mariti.

12. Et ita hanc sententiam tenet Theologus
Rebellius de obligat. inf. part. 2. l. 4. q. 3. l. 3. num. 1.
vbi sic ait. Filius non tenetur ad daturandam matrem
inopem imberem volentem; etiam si ille donec in
Barbos. 4. p. 4. 1. ff. solut. maritim. n. 12. post. 1.
Alex. Ripam, & alios quos citat præfata respon-
sionem elicentes ex l. si vince C. de prescript. long.
temporis. Confirmatur etiam, quia quāvis ad ma-
trimonium cogendus sit, iuxta l. 1. §. 1. ff. de nuptiis,
& rationibus distractib[us]; non tamen ad daturam
compelli debet, cum illud novum ma-
tris coniugium in iniuriā ipsius filij quodammodo
cedat.

13. Ita Rebellius, quem sequitur Calixtus Pa-
laus tom. 7. disp. 9. p[ro]met. 5. §. 1. n. 8. qui inay. optime
notat, quod mater obligata non est per se filii do-
tare, aut donations propter nuptias filii constitu-
re, quia haec obligatio patri est, non mati, ut ex
aprefixa habetur l. neque mater C. de ire deum regia
9. iii. 1. 1. part. 4. Excepte, nisi virgines aliquae, & ra-
tionabilis causa intercederet, ut in predicta legi advo-
catur; quam causam censeret esse, si eius padica
periclitaretur, ni ruberet, & aliunde daturam non
haberet: sicut ex communī sententia relabitur Mo-
lin. disp. 4. 2. 4. in princip. Reb[ellius]. 2. part. 1. §. 1. p[ro]f. 4.
n. 2. Deinde excipe, nisi mater heretica esset aut in-
fidelis, & filia fidelis, & Catholica, nam in eodem
casu ob fauorem religionis compellitur mater daturam
filiam usque ad legitimam portionem ei competen-
tem, tamē ex parte aut alione daturam habeat, ut
deciditur l. cognitimus C. de hereticis.

14. Notandum est hic obiter cum eodem Re-
bellio quæst. 5. num. 10. cum segg. probabilius esse in pa-
netto foro licitum esse viro regulariter, iuventu-
re datur filiam prioris matrimonij ex bonis non ho-
bilius immobilibus, sed etiam mobilibus, aut pecu-
niis per secundam vxorem adductis, quod faciat
(soluto matrimonio) de bonis propriis vxori eam
patrem resarciri re debet.

15. Si autem per traditionem filie in matrimo-
nium in totam familiam, & in totum villetum se-
cundæ Societatis coniugalis magnum bonum, &
evidens utilitas redundet, quo damnum secundum
vixorū compensetur, non erit iniuriam, si patet fi-
liam prioris matrimonij ex bonis mobilibus, & es-
peciis secundæ vxoris etiam iniuriam.

16. Qua-

ANTONIUS
OPERA
TOM. I. & II.
E III.